ex libris D. D. Ludovici [illegible]

RESPONSA
DOMINI LVDOVICI DE PONTE ROMANI I.V.D. CLARISSIMI,

NEC NON S. LL. INTERPRETIS SOLERTISS. QVAE VVLGO CONSILIA, *abſolutiſſima: quorum lectione tam in Schola, quàm Foro verſantium mentes multarum perplexarum quæſtionum, ſparſim in corpore Iuris Canonici, & Ciuilis Lectoribus occurrentium, luculentiſſima ſolutione illuſtrari poſſint.*

NVPERRIME STVDIO, AC INDVSTRIA D. HORATII MANDOSII, excellentiſſimi Iuriſconſulti Romani, Additionum haud vulgarium ſplendore ditiora facta; adiectis ſingulorum Conſiliorum SVMMARIIS.

OMNIA IN HAC NOSTRA EDITIONE SVO PRISTINO, RESECTIS *mendis, quibus abducta prior erat, nitori reſtituta, accuratiuſque recenſa.*

Adiecto INDICE rerum, ac verborum locupletiſſimo.

AVGVSTAE TAVRINORVM
Apud hæredes Nicolai Beuilaquæ. MDLXXXII.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

AMPLISSIMO VIRO ERVDITIONE DOCTRINA, VIRTVTE, AC DIGNITATE PRAESTANTISSIMO,

Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino, Domino Vincentio Lauro Montis regalis Præſuli digniſſimo,

ET APOSTOLICAE SEDIS AD SERENISS. SABAVDIAE Ducem cum poteſtate Legati de latere Nuncio meritiſſimo,

Io. Dominicus Datus Calaber Coryllaneus felicitatem.

IS QVIPPE Fuit Perſarum mos, Pontifex optime, vt cùm Regem ſalutatum accederent, nunquam vacuis manibus illi obuiàm fierent: quò ſupremam teſtarentur Principis authoritatem, ac inſimul aliòqui non vulgarem, quinimò frequentem erga eum amorem oſtenderent. Res profectò ſcitu digna, & Chriſtianæ religioni neutiquam abſonæ: ſic præcipiente Diuino legumlatore Moſe: NON APPAREBIS VACVVS IN CONSPECTV DEI TVI. *Hoc ipſe mecum cogitans, cùm iam annus ſit, quòd aduerſis compulſus hic fortè Taurinenſis Typographiæ præſim emendationi, ac mox acutiſſima Ludouici Romani Reſponſa (quæ vulgò Conſilia nuncupantur) Canonici, & Ciuilis Iuris cenſura varia, ac multiplici, vtilique referta deciſione, vnà cum Clariſſimi Iureconſulti Horatij Mandoſij Appendicibus, ſeu Additionibus opportunis impreſſa ſint: opus ſanè, quod non anteà, omni, qua fieri potuit, diligentiâ, ſtudio, & labore perpolitum, ac undequaque correctum, & elimatum: atque cuperem (vt fieri ſolet) Mecænati cuipiam elaboratum, dignúmque munus offerre, ac meritò dicare, cuius ſub tutela in lucem prodeat, & à carpentium, vel latrantium potius morſibus defendatur: præter te vnum digniſſimum virum, doctrina celeberrimum, dignitate inſignem, nullique noſtra ætate ſecundum, ac mihi patronum colendum ſemper, & venerandum, habui neminem, qui ſibi rectius hoc ipſum iure optimo vendicaret. Nam vt cætera omittam, quæ tui nominis, famaque æternam memoriam conſecrarunt: abſit liuor, faceſſant adulationis ſordes, [illegible], ex ſeipſa prorumpit: quis eſt, qui neſciat, te è clariſſima Laureorum proſapia, nobilique genere ortum, ab ineunte ætate optimis quibuſque diſciplinis imbutum, quibus totum te dedidiſti, morum ſuauitate, ac integerrimæ vitæ modeſtia, & grauitate ornatum, ingenio, conſilio in peragendis grauiſſimis negotijs pollentem ſatis: Eccleſiæ, atque orbis terrarum regibus, ac principibus vbique gratiſſimum, vſque adeò te ipſum præſtitiſſe, vt præ laudum, ac virtutum cumulo præcipuo ſacerdotio ſis inauthoratus? & Poloniæ Apoſtolicæ ſedis legatione functus mira quadam omnium admiratione, præter alias, ad quas fueras anteà deſignatus, modò iterum, atque ſecundò apud Sereniſſimum Sabaudiæ Ducem eodem fungaris munere? quare communi opinione, atque conſenſu, maiori, ampliorique dignitate illuſtrandus, & adaugendus meritò cenſearis. Quod ipſum planè omnibus expectatur intrepidè: ac Deus Opt. Max. elargiatur, vitámque tibi feliciſſimam proroget, ad aquè altiora elaturus. Redeunt, redeunt iam Magnæ Græciæ, quæ tibi omnis inde oriundo congratulatur, priſcæ illæ laudes, atque perennia authoribus decantata præconia. renouas inquã enodando mira ingenij ubertate Pythagoreorum apud Crotoniatas abſtruſa dogmata: Zaleuci Locrenſis, boni, æquique vindex, æmularis iuſtitiam: & quod magis eſt, velut alter Orpheus, licèt ille falsò decantarit hymnos, Catholicæ veritatis optimus, ac grauiſſimus ſis obſeruator. At quorſum hæc? Solem lumine adaugere niteris? Nota ſunt omnibus, lippis etiam, & tonſoribus: communi omnium uoce prædicantur. Reliquum eſt, Mæcenas optime, præſidium, & dulce decus patriæ: vt hylari fronte excipias leue quidem munuſculum, at maximum in te meæ obſeruantiæ argumentum: pignus verò, vel arrham indies edendi maiora (ſic enim ſperare licet) ſi ea vtique tibi non ingrata fore percipiam. Interim me ama, atque tuere. Vale ſoſpes, diúque viue.*

Dat. Auguſtæ Taurinorum. Kal. Septembris. Anno Humanæ ſalutis. MDLXXXII.

CONSILIA ET ALLEGATIONES CLARISSIMI, ET FAMOSISSIMI IVRIS VTRIVSQVE ILLVMINATORIS, D. LVDOVICI ROMANI:

Apoſtolicæ Sedis Protonotarij, & ſacri Apoſtolici Palatij cauſarum Auditoris:

ET PRIMO LOCO FLORENTIAE REDDITA, CVM ADDITIONIB. Horatij Mandoſij, Iureconſulti Romani, incipiunt feliciter.

CONSILIVM I.

1 *Fœmina ad feudi ſucceſſionem regulariter non admittuntur. fallit tribus modis, nume. 2.*
3 *Fœmina an ſit capax feudi, exiſtentibus maſculis.*
4 *Fœmina priuata feudo, an ſint priuati eius deſcendẽtes.*
5 *Feudum an legari, vel donari poſſit, irrequiſito domino.*
6 *Feudum antiquum an ex noua inueſtitura mutet naturam: & an in eo habeat locum ius accreſcendi.*

IN CHRISTI NOMINE, AMEN.

VISIS In facto propoſito deductis, & allegatis, ad huius conſultationis terminationem videndum eſt primò de iure ipſius Habettæ, ſororis Federici, & Franciſchini fratrum, an ipſa vnà cũ fratribus, inſpecta paterna inueſtitura, admitti debeat ad feudi ſucceſsionem. † Vbi conſiderandum eſt, fœminas ad feudi ſucceſ-
1 ſionem regulariter non admitti,
2 a vt in c. 1. an mutus, vel aliter imperfectus, & qui feu. da. poſ. c. 1. §. hoc autem notandum, de gra. suc. in feu. c. 1. & in c. feudum. ſi de feu. fue.
a contro. & de alie. feudi paterni. c. 1. † Fallit tribus modis, b videlicet, niſi ſit feudum fœmineum. de natu. ſucceſ. feu. c. 1. de filiis ex
b matri. ad mor. c. 2. vel vbi hoc expreſsè actum ſit, vt ſuccedat, vel & tertiò niſi dñs eam nominatim inueſtiat: & hoc habentur quemadm. feu. ad fœ. perti. c. 1. Item eo caſu quando expreſsè eſt actum, vt fœmina in feudum ſuccedat, ponderandus eſt inueſtituræ tenor. Aut enim inueſtitura fuit pater eo pacto, vt ſui deſcendentes maſculi, & fœminæ feudum habere potuiſſent, licet videatur pa-
c riter inuitati c tam maſculus, quàm fœmina; † attamen ex rigo-
3 roſa d feudorum conſuetudine, maſculo exiſtente, fœmina perpe-
d tuò e cenſetur excluſa. Hic eſt caſus de ſucceſ. feud. c. 1. §. filia vero. &
e in tit. Epiſcopum, vel Abbatem. §. quinetiam, de Capitaneo, qui curiam vend. c. ſimiliter, aut inueſtitura fuit pro ſe ſuiſque hæredibus legitimis maſculis & his deficientibus pro fœminis: & tūc fœminæ tātum quaſi temporaliter excluſæ, non autem perpetuò ad
f feudum deficientibus maſculis f admittantur, hoc probatur in c. 1. de inueſtitura, quam Titius acce. à Sempro. & in cap. 1. de eo qui ſibi, & hæred. ſuis. Ex quibus omnibus infertur ad propoſitum dictam Habettam propter fratrum maſculorum exiſtentiam, in-
4 ſpectis inueſtituræ verbis, à iure feudi excluſam cenſeri. † Ex quo infertur ad ſecundum dubium, videlicet Iacobum filium Habettæ, tanquam ex fœminea linea deſcendentem ſimiliter ex-
g cluſum fore. g de gradi. ſucc. in feu. cap. 1. vbi caſus. & in d. §. hoc
5 autem notandum. qui feu. da. poſ. † Nec ius dicti Iacobi fortificare habet legatum eſt factum per Franciſcum fratrem Federici.
h Nõ enim potuit dictus Federicus aliquid extraneo legare, h vel in eundem alio modo alienare de iure dicti feudi, irrequiſito domino, vt in c. 1. §. donare. qualiter olim feud. alien. poterat. de prohib. feud. alienat. per Feder. capit. 1. ubi plene ad propoſitum noſtrum, & maximè in gloſ. ſuper ver. alienare. quæ incipit. ſi autem alienauerit. Cùm ergo quo ad dictum Feder. dictus Iacobus fuerit extraneus C. de rei vxor. act. l. vnica, §. extraneſ, ergo, &c. Verbum enim, heres, in feudali materia prolatum pro filio maſculo ac-
i cipitur, non pro extraneo i hærede: vt in c. 1. de alie. feud. & quod noſt.

ADDITIONES HOR. MANDOSII, ROMANI.

a Admitti. Idē Lud. infra conſ. 33. viſo. con. 367. circa princi. in 4. dub. vbi addo.
b Tribus modis, quos & alios habes infrà d. conſil. 167. nu. 2. vbi etiam addo.
c Pariter inuitati, Hoc in re feudum ab emphyteuſi differt, in emphyteuſi enim pariter inuitati cenſentur, in feudo ſecus, vt inf. conſ. 20. pro propoſito, in prin. conſil. 33. viſo, & verſ. quæ addo.
d Rigoroſa. Feudorum enim conſuetudo rigoroſa eſt glo. in c. 1. in ver. ſecundum quoſdam, de na. ſucceſ. feu. Bart. Bertrand. in repet. c. imperialem, in princ. col. 2. & 280. de prohib. feu. alien. per Feder.
e Perpetuò. Imò temporaliter donec maſculus viuit, quod videtur humanius Felyn. conſ. 8. d. Petrus conſ. 22. ad id. de quo quæſt. Marti. ino. conſ. 7 . . . . . . [illegible] . . . . nu. 115. & ſeq. lib. 2. Io. Bap. Ferret. conſ. 108. verſ. ut diffuſius, & idem . . . . Lud. inf. conſ. 22. pro propoſito, poſt prin. conſil. 35. viſo, ſed quod perpetuò cenſeantur excluſi tenet Caſt. conſil. 4. in § feudum, ... de feud. Corn. conſil. 200. quoad . . . . . . nu. 4. Areti. in tract. de . . . . in ver. . . . . poſt prin. Alex. conſ. 29 quorum abunde. nu. 7. lib. 1. Dec. conſ. 350. quoniam ex facto, nu. 4. Io. Rub. conſ. 57. preſuppoſitur. nu. 2. Aff. in c. 1. nu. 113. de natu. ſucceſ. feu. & eſt communis opin. . . . conſ. 20. . . . . . nu. 14. conſ. ſeq. nu. 50. lib. 1. conſ. 16. & . . . . . nu. 5. & 9. lib. 4. Fallit, quando maſculus poſt obitum patris illud perdat Glo. Iac. de Bel. & Alvarot. in c. 1. parag. quin et, Epi. vel Abb. And. de Iser (nititur tamen) in c. 1. parag. . . . nu. 10. de nat. ſucceſ. feu. Bal. in l. . . . parag. . . . in nouiſſimo, verſ. quarto . . . . . C. de . . . . . coll. & . . . . . . & Aff. in d. parag. quæ etiam aliter ſentiant, tamen illa eſt communis opin. vt inquit Bertran. conſ. 290. viſo, col. 1. vol. 1. in anti. & Curt. iun. in tract. feu. lib. 3 . . . per regula, quod fœmina in feudo non ſuccedat, quæſtio 7. Sed in regno vtriuſque Siciliæ ceſſat huiuſmodi quæſtionem, quoniam, ibi maſculo mortuo, ſuccedit fœmina, Aff. in d. c. 1. nu. 113. de natu. ſucceſ. feud.
f Admittantur. Bal. conſ. 20. feudum, in prin. lib. 5. Lud. inf. conſ. 33. viſo, Loff. in parag. ſeu. in c. 1. parag. . . . . dici Lud. & in c. 1. ſuper ver. per hoc . . . . . col. . . . . . accedat . . . .
g Fore, Hoſt. ſum. de feud. parag. quibus . . . . Card. conſil. 64. quod d. Nata. conſ. 13. . . . . in prin. Cal. de . . . conſ. 2 . . . . . . Alex. in c. 1. parag. & quia . . . . . qui feu. da. poſ. Ian. conſ. 48. & . . . . 3. Curt. ſen. conſ. 49. . . . . . . nu. 57. Aret. in l. . . . parag. . . . de lege nu. 51. ff. de lib. & poſth. Dec. conſ. . . . quoniam . . . nu. 1. in l. . . . nu. 67. ff. de reg. iur. Gon. conſ. . . in hac cauſa. nu. 1. conſ. 26. in cauſa, poſt nu. 14. Parl. conſ. 24. Illuſtris nu. 2. conſ. 72. ad veram nu. 9. lib. Tiraq. de iur. primog. q. 1. nu. 6. Hinc eſt quod filia in regno Galliæ non ſuccedit, nec nepos ex ea, vt ſcribit is, qui tractatum . . . . de pote. . . . . . & . . . . Feral. in tract. de iur. & priuil. Franc. . . . . licet Ang. contrarium voluiſſet, vt tradit Bal. in l. 1. ff. de ſenato. Gl. pragma. ſuper prop. parag. . . . in ver. . . . . . . Arno. . . . . . in tract. de po. . . regia, q. 13. verſ. de Rege Angliæ, & q. 65. & Tiraq. de iure primog. d. q. . . . .
h Legare, De feudo enim nulla eſt ordinatio defuncti, vt per Rom. inf. conſ. 476. hoc . . . . . vbi addo.
i Extraneo, Prout etiam dicemus inf. conſ. 494. in ca . . poſt nu. 2.